


IONUM





1. De odio Variationis. P. P. Muller. R. J. B. Redel.
2. De spurio. H. S. Rossmasson.
3. De Principe legibus soluto. P. G. A. Struv. R. J. J. Hertel.
4. De Patriciis. P. A. C. Romyn. R. P. J. Gallus ab Gollusstris.
5. De murmuratione praescriptionem impediente.
6. P. J. F. Schneider. R. L. C. Luedecke.
7. De militia lecta provinciali. P. J. S. Stryck. R. J. Cabötken.
8. De investigandis contractibus et actionibus ex contractibus, re, verbis, vel litteris initis. P. S. Stryck. R. J. Acobuthy.
9. De crimine gratiae. P. J. F. Schneider. R. J. G. Luedecke.
10. De Testimonio Principis. P. Idem. R. A. F. Bode.
11. De Unitate Patris et filii. P. Samuel van Laher.
12. De usu practico doctrinae difficillimae Juris Rom. de culpae praestatione. P. C. Thomasi. R. C. G. Pruss.
13. Paradoxon pro jure retractandi transactionem, novis instrumentis repertis ad l. 35. ff. de re jud. et l. 19. ac 29. C. de transact. P. J. P. Ludwig. R. B. B. Hoelder.
14. De vinculo matrimonii, ob legem astringitatis turpi vel honesto. P. A. Goetsche. R. J. C. Schönberg.
15. De coelibatu poenae nomine imposto. P. J. F. Ludovici. R. S. P. Gasser.
16. De Propinquorum in sponsalibus consensu necessario. P. H. C. Gerdesig. R. J. C. Gruel.
17. De Statu Imperii Rom. P. J. V. Bechmann. R. J. G. Klein.
18. De iure ceremoniali circa Legatos. P. J. Brunnenmann. R. S. P. Gasser.
19. De Restitutione in integrum ob metum. P. J. L. Mencke. R. J. F. Hoekner.
20. De eo quod justum est circa pactum executivum ductu. P. G. Barth. R. J. G. a Dusseldorf.



Q. D. B. P.  
DISPUTATIO JURIDICA  
*De*  
**EXTRAORDINA-  
RIO REMEDIO RESTITU-  
TIONIS IN INTEGRUM,**

*Quam*  
DEO Duce & auspice CHRISTO,  
Ex decreto & Auctoritate  
*Magnificæ atq; Prænobilissimæ Facultatis  
Juridicæ in florentissima, famigeratissimaq; Aca-  
demia FENENSI,*

P R Æ S I D E N T E

**DN. ERNESTO FRIDERICO  
Schrötern / Hæreditario in Wickerstädt /  
Jcto & Antecessore celeberrimo, Consilia-  
rio Saxonico gravissimo, Dicasterii Provincialis  
& Scabinatus Assessore meritissimo,**

*DN. Patrono ac Promotore suo ad aram usq; devenerando,*  
Publicæ ERUDITORUM Discussioni subjicit

AUCTOR,

**JOHANNES Klinger / Olsnitiô-Variscus.**

IN JCTORUM AUDITORIO.

ad d. Maji ANNO M. DC. LXXV.

FENÆ,  
Cassiterô NISIANÔ. 38.



V I R I S  
PRÆNOBILISSIMIS, CONSULTISSIMIS,  
*atq; EXCELLENTISSIMIS,*  
DN. WOLFFGANGO FER-  
BERO,

ET  
DN. HEINRICO GENTZ-  
SCHIO, *uff Magwig/*

*I*Ctis celeberrimis, Præfectis Ducalibus Saxonis Plaviensi  
ac Voigtsbergensi longè gravissimis,

UT ET  
V I R I S  
NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSUL-  
TISSIMIS, SPECTATISSIMIS QVE,  
DNN.

CONSULIBUS,  
PRÆTORIBUS,  
SYNDICIS,  
TOTIQUE ORDINI SENATORIO,  
INCLYTÆ REIPUBLICÆ PLAVIENSIS ET OLSNICENSIS  
PATRIBUS PATRIÆ VIGILANTISSIMIS, ME-  
RITISSIMIS,


*Dominis, Patronis, Promotoribus & Favitoribus suis maximis, o-*  
*mibus & singulis quovis honoris cultu submissè devenerandis, colendis,*

Disquisitionem hanc Academicam, in debitæ observantiæ  
monumentum & grati animi indicium

*sacrat, dedicat*

AUTOR.





## V I R I

*Præ-Nobilissimi, Amplissimi, Consul-*  
*tissimi, Spectatissimi, Pruden-*  
*tissimique,*

DNN. Mecœnates & studiorum meorum Promoto-  
res æviternum obsequiosè devenerandi, suspiciendi,



Quidem semper ita existimavi,  
existimat mecum etiam opti-  
mus quisque, melius esse, quin i-  
mò & æquius, pro benefactis qua-  
lecunq; grati, quàm ingrati planè ostendere  
animi indiciū. Hoc etenim improbi cuculie est,  
illud, boni hominis ac tantum de iniquita-  
te sequioris fortunæ conquerentis. Quo ad e-  
jus itaque fieri potuit propter obitaculorum  
innumerum numerum, feci semper & eo  
usque nunquam non allaboravi, ut grati a-  
nimi *τεκμήριον* adversus vos, Viri Summi, ex-  
taret aliquando, ut ne aut animi immemoris



amoris & beneficii, aut prorsus malæ fidei me  
accusare necesse haberetis. Malo enim o-  
mninò non esse, quam ingratus esse, quippe  
homine ingrato nil pejus terram alere,  
jam diu notum fuit. Obstitit tamen huc usq;  
partim grata occasio, partim munusculum  
levidense, cujusmodi solet esse eorum, qui  
auri argentique copiâ, & laudabili gloriofa-  
que facundiâ ac eruditione parum adhuc in-  
structi vivunt, id quod & hâc vice à proposi-  
to meo deterruisset, nisi id me animo esse  
bono jussisset, nec parum in susceptô labore  
confirmâisset, quod cum desint vires, volun-  
tas tamen & conatus à Vobis laudetur, ac,  
cum destituatur aliquis copia thuris, falsa sal-  
tem litâsse, Vobis perquam gratum sit. Hac  
igitur insigni fretus benevolentia atq; favore,  
non potui nō hasce meas lucubrationes Vo-  
bis offerre & dedicare. Accipiatis ergò, Viri  
Optimi, Maximi, tenue hoc munus, & leve  
admodum, certissimum tamen meæ erga  
vos observantiæ testimonium. En Glauci &

Dio-



Diomedis permutatio hic deprehenditur,  
quum vestra, quæ in me largiter contulistis,  
beneficia sint pretiosa & innumera: Quæ re-  
pendo & hæc unica forte sunt, & vultu vestro  
eruditissimo planè penitus indigna. Unde  
rubore non immeritò hoc me letema meum  
iri suffusum, si quis in chartis pudor, maxi-  
ma ex parte vereor. Quare imitemini  
credo DEUM, quem imitari quilibet pius  
fas & æquum arbitratur, & quæ vobis since-  
ro, devotoque cordis affectu adfero, fronte  
serena & placida accipietis. Non enim  
hoc judicabitis ex externo rei splendore, sed  
mente animi, qui solus antè & retrò omnia  
videt. Et si abusus forsitan immensâ ve-  
strâ tolerantia, spero fore, ut ignoscatis, & de-  
precanti veniam concedatis. Ea enim in-  
tentione unice factum, ut animum Vobis  
consecratum ostenderem. Interea, ut  
qui Vobis tantam mentem cum tanta au-  
ctoritate dedit, (dedit autem omnium au-

A 3

ctor



Et or laudandarum rerum & creator DE-  
US) idem velit, utriusque rei fructum esse  
maximè diuturnum, & æquare vitæ Vestræ  
spatium cum iis bonis, quæ in Vos summa  
contulit, unicum hoc exoptat


*VV. Præ-Nobilit. Amplitud.  
& Excellent.*

Dabam JENÆ Mens. Majo.  
ANNO 1675.

*Devotissimus,*

JOHANNES KLINGERUS,  
Autor Respondens.  
In





*In Nomine Domini nostri JESU CHRISTI ad omnia  
Consilia, omnesq; actus nostros semper progredi-  
mur. l. 2. C. de Off. Præfect. Præt. Africae &c.*

## INTROITUS.

**D**Ræclara profectò, omniumq; stu-  
dio ac summa attentione dignissi-  
ma verba sunt, quæ profert *in l. 1. ff.  
de in integr. restitut.* Ictus Ulpianus,  
hujus tenoris: *Utilitas hujus tituli non  
eget commendatione: Ipse enim se ostendit.* Verissi-  
mum sanè dictum, ac certius multo, quàm si è  
tripode dictum ab Apolline fuisset. Queis e-  
nim & quam multis, hominibus vel lapsis, vel  
circūscriptis nō subvenit, vel calliditate vel ætate  
vel absentia in captionem inductis non succurrit  
nobile hoc beneficium Restitutionis in integrū,  
qui aliàs carere re suâ necesse haberent? Et cer-  
tè si in ulla aliqua materia Juris vera sunt, quæ  
habentur in Novellis: *Quod medicamenta morbis,  
hoc exhibent jura negotiis*, in hoc remedio pro-  
fectò sunt verissima. De hac itaque restitutio-  
nis in integrum materia ex permisso Superiorum  
mecum decrevi per aliquot paginas pauca ex  
Jure de prompta congerere, & publicæ ac placida  
dæ



tæ Dn. Commilitonum cęsuræ subjicere. Quan-  
quam me facile ab hoc munere deterrere potu-  
isset, quod hæc materia ardua sit, & partim pra-  
ctica, ideoq; etiam acutum ingenium & in pra-  
ctico foro degentem auctorem requirat; facile  
tamen me erigit illud iterum, quod omnium re-  
rum habere memoriam, nec aberrare in ullo, sit  
divinæ utiq; solius, non autem mortalis constan-  
tiæ. *Constit. Tanta. S. 14. de confirm. Digest.* Et sufficit  
mihi ad continuandum opus sententia Bartol. *in*  
*fin. ad L. Quo minus. 2. ff. d. flumin. ita scribentis*: Hæc,  
quæ dicta sunt, si vera sunt, placēt, si quid autem  
minus benè dictum est, rogo Te, Lector, securè  
redarguas; mihi enim satis erit, si præsens scriptu-  
ra animum legentis incitet ad veritatis indaginē.  
Sed cum ea, quæ divisim traduntur, sint magis  
clara & facilioris capacitatis, ut inquit Joh. Fab.  
*sub Rub. L. 4. t. 6. Inst.* & melius etiam memoriæ  
(quæ alias labilis est juxta *l. 44. de acquir. possess. §*  
*l. 2. S. si quid autem 14. C. de veter. Jur. enucl.*) commē-  
dari possint, *sec. gloss. in §. igitur. super verb. easd. Insti-*  
*tutiones in Proæm. Inst.* Ideo pro commodiori de-  
claratione hujus Dissertationis, dividemus illā in V.  
capita, quorū (1.) explicabit, quid & quotuplex sit  
restitutio, (2.) quib⁹ concedatur, (3.) contra quos,  
& (4.) in quibus causis vel negotiis admittatur, ac  
deniq; (5) quando cesset aut denegetur. Sit igitur

CAPUT



CAPUT I.  
QUID ET QUOTUPLEX  
SIT RESTITUTIO.

I.

**D**E Restitutione in integrum Disputationem conscripturi more usitato & vulgari operæ pretium esse ducimus, ut etiam potiore quidem rerum *l. 17. ff. d. LL. l. 7. §. 2. de supell. Legat. l. 1. pr. ff. de reb. Cred. l. 39. §. 9. de adimend. l. transfer. Legat.* (Rebus enim non verbis leges imponuntur. *l. 2. C. commun. de Legat.*) priorem tamen verborum tractationem & rationem juxta exemplum Ulpiani in *l. 1. pr. ff. de J. & J. l. 1. §. 1. ff. de Pact. l. 35. §. ff. 1. de m. c. don. l. 1. ff. de furt. l. 180. de V. S. l. 1. §. 9. ff. de suspect. Tut. l. Curat. pr. Instit. de Testam.* habeamus, & nonnulla, antequam ad substantialia progredimur, de vocibus in antecessum moneamus. Etenim vix veram rei scientiam posse percipi, nisi prius sedula habeatur verborum cura, benè monuit Gell. *l. 13. c. 10. Donell. ad Rubr. de Condict. Tritic. num. 2.* cùm cognitio nominis manu quasi nos ducat ad cognitionem rei, teste Scaligero *1. Exerc. Sect. 1. Coras. Miscell. Jur. l. 3. c. 29. Bald. in l. Libert. C. de oper. libert.*

II. Sumitur verò verbum Restituere, vel latè & generaliter, vel strictè & specialiter. In latiori & generaliori significatione opponitur in jure verbo exhibere, & idem significat, quod reddere aliquid. *l. 246. §. 1. & l. 22. ff. de V. S.* Sic restituere dotem dicitur conjux post matrimonium, heres fideicommissum, possessor rem, possessionemve. *Oldendorp. Class. Act. 6. Act. 8. p. m. 946.* Strictè verò & specialiter

B

cialiter



cialiter, ac magis Juridicè sumtum, est in pristinum statum aliquid reducere, sive quis tollat id, quod factum est, sive reponat, quod sublatum. *l. 2. §. 43. ff. ne quid in loc. publ. l. 35. §. 75. ff. de V. S. Gloss. in cap. Quia. extra. de Elect.* Res redit ut pridem, cum status redditur idem.

III. In pleniori autem significatione restituere in integrum est, retrò statuere seu revocare in pristinum statum id, quod cum aliqua læsione gestum fuerit. Restitutio enim reponit, revocat omnia, quæ abstulit læsio. *l. 38. §. 4. ff. de Usur.* Oldendorp. *d. l. Illustris Dn. Struvius, Præceptor & Promotor meus sempiterna pietate observantissimus in Jurispr. For. L. 3. t. 22. apb. I.* In qua significatione etiam restitutio in integrum *in l. 2. C. in quib. caus. in integr. restitutio non est necess.* dicitur amissæ causæ redintegratio, vulgò in pristinum statum repositio vel reductio. Hahnus in Not. ad Wesenb. parat. *l. 4. t. 1. num. 5.* Dn. Struv. in *Jurispr. d. l. §. in Synt. J. C. Exerc. 8. tb. 2.*

IV. Describitur itaque Restitutio in integrum, quod sit *remedium extraordinarium favorabile, quo prætor deceptos aut lesos in eam causam, in qua ante deceptionem aut læsionem erant, ex justa causa reponit ac reducit.* Wesenb. in *Comment. ad ff. §. quidem l. 4. t. 1. num. 5.* Est itaque causa efficiens Prætor. *l. 1. §. tt. de in integr. restit.* Extrinseca petitio & imploratio officii Judicis *l. 24. §. fin. de Minor.* Impulsiva æquitas causæ. *l. 1. §. 2. b. t.* Materia sunt res *l. 4. §. penult. b. t.* Forma, ut petitio instituat in legitimum tempus *l. 6. b. t. §. l. fin. C. de temp. in integr. restitut.* Finis & effectus, ut circumscriptis aut lapsis ætate, aut errore, aut aliis justis causis restitutione succurrat Prætor, quasi id nunquam contigisset. Wesenb. *d. l.* De singulis pluribus constabit ex tractatione sequenti.

Divi-



3.

V. Dividitur restitutio in restitutionem factam ex gratia, & factam ex justitia. Facta ex gratia est, quâ damnati ex indulgentia Principis in integrum restituuntur, ac pristinum honorem, famam & bona sua recipiunt. *l. 1. C. de sentent. pass. & restit. quam non immeritò Besold. Diss. de Regalibus cap. 4. tb. 2.* inter regalia majora & ad summam Principis dignitatem refert. Multi multis hanc tractant, inprimis verò *Sfort. Odd. in tr. de integr. restitut. p. 2. quest. 92.* Facta ex justitia est, quæ ob læsionem bonorum ex causa justitiæ & æquitatis judicio tribuitur, & iterum duplex est. Civilis seu Ordinaria, & Prætoria seu Extraordinaria. Hinc duplici gaudemus remedio in petenda restitutione, vel actionis scil. aut ex metu, unde actio quod metus causa, aut calliditate seu dolo, unde actio de dolo, vel implorato nobili judicis officio, quod fieri solet in restitutione ex ætatis, absentiaque causa, aliove justo impedimento *l. 1. l. 24. §. fin. de Minor. Dn. Struvius d. l. tb. 6. & Jurispr. Forens. d. lib. & tit. apb. 3. Hahn. ad Wesenb. parat. d. l. num. 1. Maur. de restit. in integr. c. 1. num. 4. & 5.*

VI. Quod primam attinet speciem, nimirum instituentem per viam actionis, tractare illam nobis propositum jam non est, sed sermo noster in sequētibus instituetur tantummodo de altera, nempe prætoriam seu Extraordinariam ex nobili Judicis officio impetrata. Sequitur ita

## CAPUT II.

De

# HIS, QUIBUS COMPETIT RESTITUTIO IN INTEGRUM.

B 2

Subiecta



**S**ubjecta consideraturi, quibus competit restitutio in  
 integrum in latiori Digestorum volumine, (§. 12. *J. de*  
*Publ. Jud.*) Codiceq; varia deprehendimus, ita ut hinc  
 necesse, unumquodque, quoad ejus fieri poterit, suo tra-  
 ctare modo. Scimus enim nonnullis beneficia am-  
 pliora & majora, nonnullis minora & quadantenus limi-  
 tata ac restricta in restitutione in integrum à legibus con-  
 cessa & data esse. Ideoque meritò etiam magis pri-  
 vilegiatas personas, earumque beneficia in hac materia  
 primùm consideranda suspicimus. Sunt verò isti *Minores*,  
 qui nondum egressi annum 25. *l. 3. §. 6. ff. de Minor.* ita qui-  
 dem, ut locum non habeat hinc regula, scil. quod cingendus  
 habeatur pro cincto, & annus inceptus sit instar completi.  
*l. 134. ff. de V. S. l. 5. ff. qui Testam. fac. possunt.* Sed compu-  
 tetur tempus de momento in momentum, & non dicatur  
 majorennis, nisi ultimum etiam spectaverit diem. *l. 3. §. 3.*  
*de Minor.* Illustris Dn. Strauch, Doctor & Patronus meus  
 omni tempore devenerandus *Dissert. 27. tb. 17.* Et quidem  
 meritò. Quæ enim sunt Juris Civilis, in illis secundum  
 morem Romanum dies coeptus pro completo habetur. v. g.  
 Usucapione, testamenti factione *l. 6. & 7. ff. de Usucap. l. 5.*  
*Qui testam. fac. poss.* Quæ verò sunt Juris naturalis seu Præ-  
 torii, vel facti, naturæ, aut aliàs naturali ratione valent, in  
 iis obtinet computatio naturalis, ut in restitutione in inte-  
 grum, uti eleganter tradit ex Goeddæo ex *L. 2. §. 1. de V. S. &*  
*Reinking. de Jur. Consangu. qu. 7. num. 31. & seq.* Hahn. *ad*  
*Wesenb. parat. d. libr. t. 4. n. 3.* Magnif. Dn. PRÆSES, Præ-  
 ceptor & Promotor meus, ad aram usque piè deveneran-  
 dus *in Resol. difficil. LL. Cod. & quidem ad L. 2. t. 22. leg. 2.* Hinc  
 facile quoq; deciditur quæstio, quod si quis natus anno bis-  
 sex-



5.

sextili, videlicet biduum bissextile pro uno haberi die, nec annum XXV. excessisse credatur, quando ipsa nativitatis hora seu momentum nondum præter lapsum. *d. l. 3. §. 3. ibique Bart & Gloss. in c. quæsit. 14. verb. qui qu. duo extra de V. S. Dn. Struv. d. l. tb. 42.*

II. Et hoc beneficium transit ad heredes minoris, qui, licet sint majores, tamen ex persona minoris, cui succedunt, restituuntur. *l. 18. §. ult. l. 19. ff. de Minor. l. 4. C. de temp. in integr. Dn. Carpz. p. 2. C. 11. def. 34. num. 10. & seq. Et in Process. Jur. tit. 19. art. 2. §. 7. Scotan. Exam. Jur. p. 1. Qu. 657. Nisi defunctus eo uti noluerit. Dn. Carpzov. d. l. in fin. Imò aliquando etiam restitutio minoris prodest socio & majori, si causa fuerit individua. Coler. part. 2. Decis. 273. Scot. d. l. Qu. 664. Carpz. p. 1. C. 16. d. 17. num. 2. p. 2. C. 9. d. 4. num. 9. & 2. Resp. 98. num. 3. 4. & 12. Nobiliss. Dn. Bechmann. Doctor & Fautor meus summo honoris cultu æternum devenerandus, de Privileg. Studiosor. cap. 10. num. 23. in fin. Dn. Struv. d. l. tb. 60. in fin. & Jurispr. d. l. apb. 17. Et pluribus post Rebuffum de sentent. Prov. art. 3. gloss. ult. num. 20. Natta Consil. 590. num. 16. ut & Thesaur. Decis. 177. num. 5. Quæ autem causa sit individua egregiè explicat Carpz. in Process. Jur. d. l. §. 33. & seq. Parum autem refert, minor aut sit masculus, aut foemina, utrum sui juris, an alieni, dummodò persona libera sit. *d. l. 3. §. 4. & 5. Dn. Strauchius d. l. Sed quid de fidejussoribus? Illis quoque subveniri restitutione minorum, docent nonnulli ex l. 51. ff. de Procurator. l. 89. de acquir. l. omittend. hered. l. 46. ff. de fidej. & reg. c. 42. de R. J. in 6. Negativam qui defendunt, fundant se in l. 13. ff. de minor. l. 2. d. fidejussor. Minor. De utraq; sententia vide Hering. in elaboratissimo tractatu de Fidejussoribus cap. 27. num. 113. & seq. Alexand. Trentacinqu. Pract.**



*Resolut. L. 2. Tit. de minor. Res. 4. Sfort. Odd. de Restit. integr. p. 1. qu. 50. num. 11.*

II. Verùm nobis cum Gotthofr. *in not. ad l. 13. pr. lit. a. a-* liisque Dd. distinguendum esse videtur. Aut enim accedit talis fidejussor minoris obligationi simpliciter, sicuti aliàs pro quolibet majore fidejubere solet ignarus ætatis minorennis ; Aut sciens prudensque se pro minore obligari, consultoque consilio hoc facit. Priori casu utique ipsi prodest restitutio minoris. Posteriori verò, licet succurratur minori, tamen ipsi non succurritur. Paul. *1. sentent. 9. §. 6.* Nisi fuerint capti minores dolo *d. l. 2. C. l. 7. §. 1. de Except. Odd. de Restit. p. 1. qu. 48. num. 2.* Vel nisi fidejussoribus possit subveniri sine damno Creditoris, ut si æquè actionem habeat salvam. *arg. l. 2. §. 1. ff. de administr. Tut. l. 89. ff. de acquir. hered. Scot. Exam. Jurid. d. l. qu. 659. Georgius Biccus in Coll. jur. Argentor. Enucl. T. de Minor. num. 27. Dn. Struvius d. l. tb. 60.* Quid verò dicendum, si fidejussor fiat heres minoris ? Restituitur, non quidem ut fidejussor, cujus obligatio est extincta, sed ut heres minoris. *l. 95. §. 3. ff. de solut. Dn. Struv. d. l. in fin. additâ tamen ibidem limitatione, si sine contèplatione Prætorii juris intercesserit. Si enim habitâ ratione ad restitutionem fidejusserit, tunc ei minimè restitutionem esse concedendam, tradit Cald. ad l. 3. de in integr. restit. minor. num. 48. Zoës. ad d. t. ff. minor. num. 5.*

IV. Sed privilegium hoc non ita simpliciter minoribus concesserunt leges, ut aliæ personæ, aut veræ, aut fictæ eò non gauderent, quæ ipsis comparantur. Ita inter veras personas referuntur furiosi, muti, surdi & prodigi, quippe qui æquiparantur minoribus. *l. 1. l. 2. ff. de curat. furios. & al. extr. min. dand. l. 3. §. 3. ff. de Postuland. l. 12. ff. ad L. Corn. d.*



*d. Sicar, l. 1. §. 12. & 13. ff. de O & A. Anton. Gomez. tom. 3. var  
resol. cap. 1. num. 69. in pr. Carpz. in prax. Crim. p. 3. qu. 118.  
num. 16. & qu. 147. num. 2. Et quod tales personæ sint re-  
stituendæ, est text. in l. 22. §. 2. ex quib. caus. Maj. Wesenb. in  
parat. d. tit. de Curator. furios. num. 6. & 7. & post gloss.  
Bart. & Bald. Caldas ad l. si curatorem. num. 65. & seq. Fi-  
ctas personas quod concernit, utuntur restitutione exem-  
plo minorum (1.) Respublica. (2.) Ecclesia, aliave pia loca.  
Imo (3.) castra, villæ, & vici, quæ civitatibus æquiparan-  
tur, si modo jurisdictionem seu subditos habeant, **daß**  
**die Unterthanen dahin dienen un̄ frohnen müssen**  
sive per Syndicos sive alios administratores regantur. Gail.  
2. obs. 62. num. 4. Dn. Struv. d. l. tb. 61. Dn. Strauch. d. l. & d. tb.*

V. Cæterum quod attinet minores, si sunt Doctores Ju-  
ris, & restitutionem ipsis concedere, & iterum etiam dene-  
gare possumus. Concedimus, si circa factum non trahens  
causam ex jure læsi; Denegamus verò quando circa jus ac  
causam illius artis & professionis se læsos dicunt. Idem  
obtinet in aliis v. gr. Mercatoribus &c. qui læsi in causis ac  
negotiis artis, quam profitentur, restitutionem non obti-  
nent. Guilielm. Grot. de princip. J. N. p. m. 212. Brunn. ad l. 1.  
C. qui & adv. quos in integr. restit. non poss. Maurit. de restit.  
in integr. c. 223. Dn. Struv. d. l. tb. 55. Scot. Exam. Jurid. d. l.  
qu. 656. Dn. Strauch. dict. Diss. tb. 17. in fin. Fachin. l. 3. Con-  
trovers. c. 5. cum sarmient. l. 3. sel. quest. c. 12. Odd. qu. 23. aph. 5.

VI. Missis minoribus, sequuntur nunc Majores, quibus  
certè non æquè favent leges, nec tam facilè concedunt re-  
stitutionem in integrum, quàm minoribus. Justam enim  
vel necessariam vel involuntariam suæ restitutionis causam  
prætor desiderat, nec quali quali contentus, attamen pro  
justa restitutionis causa æstimans absentiam. *tt. ex quib. cau-  
sis*



*sis Maj.* Et ita causa duplex, vel generalis, vel specialis. Generalis scil. quælibet justa causa, specialis nempe absentia. Absentia verò, alia est necessaria, quæ aut laudabilis, puta absentia reipublicæ causa, quæ est in legatis, aliisque; aut vituperabilis, nimirum in carcere inclusis; alia voluntaria, quæ itidem vel laudabilis, vel minus laudabilis, utputa studiorum gratiâ, malitiæ & contumaciæ ergò. Propter absentiam necessariam & laudabilem datur restitutio in integrum, sive extra iudicium, sive in iudicio læsis per *l. 1. pr. l. 18. l. 21. l. 23. l. 27. l. 29. l. 26. §. 4. ff. ex quib. caus. maj. ut & eorum heredibus l. 1. C. de re. st. mil.* vid. Dn. Struv. *Exerc. 8. th. 71. 72. § 81.* Dn. Strauch. *d. Diff. th. 22. § 23.* Hahn. *ad Wesenb. parat. d. l. 4. t. 1. n. 2.*

VII. Generalem denotant verba *l. 1. §. 1. in fin. ff. ex quibus caus. maj.* Si qua alia mihi justa causa videbitur, dabo restitutionem in integrum. Hæc verò potest esse, quodlibet impedimentum, viribus alicujus minimè propulabile, & trahens originem aut ab ipso læso, aut adversario, aut aliquo tertio, aut etiam casu fortuito. Vide pluribus Sfort. *Odd. p. 1. de restit. in integr. qu. 8. art. 7.* Dn. Struvius *d. l. th. 75. § 76. § in Jurispr. For. d. l. a. ult.*

VIII. Porrò legitimam restitutionis causam habent ii, quorum scientia totus illuminatur mundus, & qui amore scientiæ exules facti de divitibus pauperes, semetipsos exinaniunt, vitam suam multis periculis exponunt, juxta *l. 20. pr. ff. ex quibus caus. maj. § Auth. Habita C. ne filius pro Patr.* Id quod tamen de studiosis, qui facti & animo tales sunt, est intelligendum, nec desidiosii vel vagabundi, qui animum non intendunt studiis, gaudent hoc privilegio, licet in album & matriculam Universitatis sint recepti. Bald. *in Auth. Habita Schneidevvin. § pavonum Inst. de R. D. num.*



9.  
4. Gail. 2. *obs. 118. num. 8. & 9.* Nec privilegio studiosorum  
uti possunt, qui per quinquenniū ab Academia abfuerunt.  
Carpzov. 2. *Resp. 32. num. 22.* nec renovationem impetrā-  
runt.

IX. Tandem quæritur, quid de restitutione in integrum  
majorum contra præscriptionem ex solo capite ignorantia  
dicendum & statuendum sit? Certè si in una quæstione  
magnus reperitur Dd. & Scriptorum dissensus, profectò in  
hâc controversia decidenda est maximus. Restitutio-  
nem dari nonnulli negant, nonnulli affirmant, nonnulli nec  
simpliciter negandam nec affirmandam, sed rem distincti-  
one quadam certo modo concedendam, certo modo dene-  
gandam sibi persuadent. Verùm sepositis reliquis opini-  
onibus, verissima vobis videtur sententia indistinctè ne-  
gantium restitutionem in integrum ex causa solius igno-  
rantia, quam etiam in praxi esse receptam, frustra dissenti-  
ente. Gail. 2. *Obs. 9. num. 18.* tradit Perez. *ad Cod. in Tit. ex*  
*quib. caus. Maj. num. 13.* Hahn. *in not. ad Wesenb. parat. d.l.*  
*4. t. 6. num. 10. in fin.* Dn. Struv. *d.l. tb. 76. in med.* Wesenb.  
*parat. ff. ex quib. caus. ibique* Bachov. *in Not. 9.* Hæc dixis-  
se sufficiat de his, quibus competit restitutio in integrum,  
properamus ad

CAPUT III.  
CONTRA QUOS DE-  
TUR HOC REME-  
DIUM.

I.

R Estitutionem in integrum adversus eos dari, cum quib-  
C bus



bus minor vel major negotium contraxerit, extra omnem dubitationis aleam mihi positum videtur, per ea, quæ habentur in *in l. 13. pr. l. 1. §. 1. ff. de Minor. & l. 30. pr. ff. ex quib. caus. maj.* Et quidem non solum contra lædentem, sed & interdum contra ejus heredes ipso defuncto. *d. l. 30. pr. & l. 14. ff. de minor.* Quin imò nonnunquam etiam adversus tertium possessorem non sine effectu læsus poterit uti hoc remedio, si nimirum tertius ille scienter emerit rem ab eo, cum quo minor ipse prius contraxerat. Aliud enim dicendum, si tertius ille ignoranter emit ab eo, qui à minore rem habuit, quo scilicet casu non datur minori regressus adversus tertium, nisi in subsidium, quando scilicet primus non solvendo est. Ar. Pinell. *ad Rubr. c. & L. 2. C. de Rescindend. Vendit. part. 2. p. m. 249. num. 33.*

II. His adde, quod si multum intersit minoris in pretio læsi, rem potius habere, quam residuum pretii ab emptore, nullâ factâ distinctione concedendum sit ei hoc beneficium etiam adversus tertium possessorem, propter expressa verba *l. 13. §. interdum, ibique ne rem suam perdat. l. 9. in pr. verb. Sed interest. ff. de minor. Oddus p. 1. Qu. 31. apb. 17. num. 87.* Ar. Pinell. *d. l. p. m. 389. num. 21.* & item in praxi judicatum tradit Fulgos. *in l. si res §. 1. ff. de Fur. dot.* Notanter diximus, in pretio læsi. Si enim læditur in vendendo minor, cum non expediret vendere, tunc præcisè eum rem posse avocare, communis Dd. schola approbat. Vide pluribus Ar. Pinell. *d. l. p. m. 388. num. 20.* Porrò succurrunt benigniter leges minoribus, concedentes videlicet restitutionem adversus fiscum, nisi forsitan res fuerit vendita ratione debiti fiscalis & jure crediti. *l. 5. C. de fid. & jur. bast. fiscal. & de adjunct. Odd. qu. 18. num 79.* quo tamen casu probatâ collusionem & fraude, per quam res vilius vendita,



data, aut omisâ ac non servatâ solennitate hastarum restitutio non denegabitur. *l. fin. C. si advers. fisc.* Dn. Struvius *d. Exerc. th. 46.*

III. Sed quid de hacquæstione dicendum, ubi quaeritur, an minor adversus alterum minorem possit restitui? Prima fronte restitutionem leges non concedere asserendum videtur, per axioma illud Juridicum maximè notum, scilicet quod privilegiatus adversus privilegiatum non utatur privilegio. Verùm nos positis ponendis illam restitutionem in jure esse concessam minimè dubitamus. Privilegiatus enim adversus in eodem genere æquè privilegiatum non habet beneficium restitutionis in integrum: Nisi unus certet de damno, alter verò de lucro v. gr. minor emisset ab altero minore aliquid, & læsus in illo contractu, dum minor venditor pretium adhuc habeat, potest utique petere restitutionem. Plus enim favetur damnificaturo, quam lucrum capturo, licet uterque sit privilegiatus. *arg. l. fin. ff. ex quib. caus. maj.* Anton. Gomez. *num. 27. Instit. de Action.* Alphons. de Azeved. *in Regn. Hispan. Constit. l. 5. t. 3. Leg. 10. num. 21.* Menoch. *Lib. 8. Consilior. 813. num. 15.* Gehe *Tr. de Privileg. Miserab. Person. cap. 3. apb. 102. p. m. 105.* Schot. *d. l. qu. 694.*

## CAPUT IV. IN QUIBUS CAUSIS VEL NEGOTIIS CON- CEDATUR.

I.

**C**Ausas restitutionis in integrum consideraturi varias pro

C 2



pro varietate subjectorum deprehendimus, uti etiam antea in *cap. 2. §. 6.* breviter dictum. Ita benigniores partes habet in legibus restitutio in integrum minorum, eorumque, qui minoribus comparantur, de quibus potissimum in hoc capite, quàm majorum. Nam horum causa debet esse iusta, & quidem tunc demum, si damnum ex illa ita fuerit secutum, ut, eâ remotâ, non contigisset. Aliàs enim si v. gr. propter absentiam in re aliqua læsus, idem damnum fuisset passurus præsens, nulla ei conceditur restitutio *per l. 44. ff. ex quib. caus. maj. l. 140. ff. de R. J.* Non ignoramus quidem verum esse, quod absq; omni causa etiam minoribus non concedatur restitutio, interim tamen constat, non tam justam causam requirere leges in minoribus, quam majoribus, sed sufficere ad restitutionem læsionem aliquam ex causa imprudentiæ, negligentæ, inconsiderationis ab ipso minore & curatore seu administratore ortum trahentem, aut probasse, se ætatis lubrico captos. Neque enim qui sobriè sua administrat, occasione damni non inconsultò accidentis, sed fato velit restitui, erit audiendus, cum non mali eventus, sed inconsulta facilitas pariat restitutionem, uti sunt verba Ulpiani in *l. 11. §. 4. §. 5. Wesenb. d. l. t. 4. num. 6. Schot. d. l. qu. 692. §. 693. Gehe d. tr. de priv. mis. person. cap. 3. §. 3. in med.* His ita positis, non necessum esse arbitramur, disquirere ulterius, ex quibus causis minoribus, & iis, qui illis æquiparantur, competat restitutio, sed sufficere, in posterum nos indagasse, in quibus causis vel negotiis detur & concedatur restitutio. Solet verò hæc dari & concedi partim ob damnum, si id, quod habuit, amiserit, partim ob lucrum, quando emolumentum, quod acquirere potuit, omiserit, partim ob onus, si huic, quod non suscipere licuit, se obligaverit. *l. 44. ff. de minor. Dn. Struv.*



Struv. *d. l. th. 45.* Scot. *d. l. qu. 654. & 655.* Hahn. *ad Wesenb. parat. d. l. p. m. 269. num. 6.* Dn. Strauch. *d. l. th. 19.*

II. Læditur itaque minor, si id, quod habuit amiserit, quod fit primò donando; donare enim est perdere *l. 7. pr. ff. donat. ibique Gottofr. in not.* Et datur in causa donationis restitutio siue minor ipse, siue alius consentiente & permittente minore, quid donaverit, & quidem validè. Nam si ipso jure nulla donatio, non opus habent restitutione *l. 1. & 2. C. si adv. donation. ibique Perez. in comment.* Porro, si in dotem dederit, aut donationē propter nuptias, scilicet si justus & debitus modus in his non fuerit observatus. *d. l. 1. C.* Justum verò modum excessisse videtur, si quando vel ultra vires matrimonii, h. e. plus, quam in ipsius potestate erat, debitis alienis deductis, vel integram portionem loco dotis concesserit, vel alio aliquo pacto haud effecerit conditionem dotis meliorem. *l. 9. §. 1. l. 48. §. fin. ff. de Minor.* Quæ tamen limitantur in mobilibus. Nam immobilia sine decreto non possunt alienari *l. 8. C. de præd. minor. non alienand. Gothofr. ad d. l. 1. C. lit. e.* Sed quid si donatio facta fuerit in piam causam? Eo in casu, quia prudenter se gessisse creditur minor, restitutionem esse dene-gandam putat Odd. *p. 2. qu. 58. a. 3.* Quæ tamen sententia, forsitan benè toleranda, si addatur limitatio, scilicet uti antea dictum, in donatione propter nuptias, si non immodica & incongruens. Sic quoque dari restitutionem in liberationibus, acceptilationibus, renunciationibus, remissionibusque debiti illiquidum vel incerti satis abundè docent Wesenb. *in parat. ad tit. Cod. Si ad. don. Gail. 2. obs. 148. per tot. Caldas ad l. si curatorem 3. C. de in integ. rest. minor. no. 16. aliique.*

III. Deinde læditur minor in causa venditionis, ad-

C 3

ver-



versus quam, si modò ipso jure valida, restitutionem ipsi esse concedendam, docet *l. pen. ff. d. minor*. Nisi venditio illa facta sit in subhastatione publica, tunc enim cessat beneficium restitutionis, quia verum rei pretium, quanti communiter ea valet, per extranei cujusque licitationem videtur constare, nec de laesione posse conqueri minorem. *l. 7. §. 8. ff. de minor*. Et ita in foro Saxonico observari constat ex *Const. Elect. 32. §. giebt sich dann in fin. verb. deme so am meisten darfür geben wil*. Notanter diximus supra, si modo ipso jure valida venditio rei minorennis. Nam si res immobilis, quæ servando servari potest, fuerit vendita, imò si solennitates necessariae, puta (1) justa alienandi causa, (2) causæ cognitio, (3) decretum Magistratus, non observatae, ipso jure nulla est venditio, nec opus habent restitutione minores, utut tutores vel Curatores consenserint, sive in judicio, sive extra judicium res sit peracta *l. 11. C. de prad. minor. l. 2. C. si tutor vel Curat. l. 22. C. d. adm. tut. l. 16. ff. d. minor. Carpz. p. 2. C. 11. Def. 18. 19. 20. usque ad 34. §. L. 5. Resp. 72. per tot. Gail. 2. obs. 72. Dn. Struv. Jurispr. For. L. 1. t. 21. a. 11. Noric. in addit. ad Instit. p. m. 230. Schot. d. l. qu. 668. Matth. de Afflict. Decis. 249*. Sed ita tamen in causa venditionis, ut emtor quidem jubeatur restituere prædia cum fructibus, minor autem eatenus ex pretio reddere, quatenus ex pecunia accepta locupletior factus. *l. 27. §. 1. vers. item ex divers. ff. d. minor. l. 24. §. 4. eod.* vid. Maurit. de Restit. c. 215. Odd. p. 1. qu. 47. art. 4. §. 5. Bachov. ad Tr. §. quidem ad tit. de Minor. th. 9. lit. a. in addit. Alia adhuc est exceptio in filco ratione rei ex jure crediti alienatae, de qua nonnulla jam dicta in *Cap 3. §. 3.*

IV. Oritur verò jam dubium ex præmissis, utrum minoribus circa quantitatem pretii latis indifferenter & abso-



absolutè detur restitutio, an vero electio permittatur emtori vel rem restituere, vel pretii supplementum offerre? Respondent nonnulli Dd. si facta sit læsio ultra dimidium quod tunc locum habere non possit restitutio in integrum, quia ordinarium ex *l. 2. C. de rescind. vend.* ad esset remedium, quo præsentè non opus foret extraordinario, quod in defectum ordinarij introductum. *l. 16. ff. de Minor.* Mag. Dn. Richt. *b. m. ad tit. 22. Lib. 4. C. qui testam. fac. poss. num. 63. p. m. 59.* Et hoc remedio adhibito communiter electio datur emtori, utrum velit supplere pretium, an restituere rem. *l. 12. §. 1. ff. d. Jur. Dot. Odd. p. 2. Qu. 52. a. 4. n. 26.* Contrarium tamen nempe etiam in hoc casu dari restitutionem, affirmat alia Dd. schola, de qua vide sis Covarr. *Resol. d. 1. c. 3. n. 11.* Si enim ex minori læsione detur restitutio, cur non etiam ex majori. Nec multum interesse, quod adsit remedium ordinarium, quum datò quocunque modo hõc, si extraordinarium sit pingvius, hoc utique possit institui, de quo & infra *Cap. 5. §. 1. Schot. Diss. 20. tb. 1. §. 2. Bachov. de caus. denegat. restit. n. 2. p. 966.*

V. Verùm nobis distingvendum videtur: Aut petit restitutionem minor læsus ex læsione in pretio; Aut alia ratione ipsi interest, rem potius habere, quàm pretium, de quibus & supra *Cap. 3. §. 2.* nonnulla diximus. Priori casu arbitramur, in arbitrio emtoris positum esse, an id, quod deest, velit supplere, an tradere & exhibere rem. Etenim juxta *l. 21. §. restituo. ff. de Minor.* restitutio non debet plus afferre, quàm abstulerit læsio. Posteriori verò modo electionem emtoris non esse, sed minorem absolutè & indistinctè rem posse repetere, ex communi Dd. opinione, concludimus. vid. Covarr. *d. l. 1. c. 3. n. 14.* Dn. Strauch. *d. l. tb. 19.* Porrò quemadmodum contra alia pacta, ita etiam restitui-



nituitur minor contra transactionem vel divisionem, uti  
 docet *l. 1. § 2. C. si adv. transact. l. 96. §. 1. ff. d. solut. l. 4. C.  
 d. commun. divid. l. 17. C. de præd. minor. non alienand. Carpz.  
 p. 3. C. 15. Def. 44. Richt. ad L. 17. C. de Transact. no. 19. p. m.  
 104. Odd. qu. 66. a. 4. Elegans hanc in rem præjudicium re-  
 fert Hahn. ad Wesenb. *Lib. 4. t. 4. no. 6. hujus tenoris in  
 causa Johannis Bittersfeld / Ao. 1602. d. 2. Jun. latum: Daß  
 gemelter F. V. N. so zur Zeit des Vertrags kaum  
 16. Jahr alt gewesen / und noch ietzo seines Alters  
 im 27. Jahre ist / gegen solchen Vertrag / dadurch  
 er höchlich lädiret, in integrum zu restituiren, und in  
 den Stand zusetzen / Darinnen vorergangenen  
 Vertrag die Sach gewesen / und demnach zuge-  
 hörrender rechtmäßigen Theilung zuverstatten.  
 Et quod antea dictum de venditione immobilium, illam  
 non valere sine interposito Magistratus decreto, id quoque  
 receptum in transactione immobilium, quæ non adhibito  
 Magistratus edicto nullius planè est momenti. Hahn. *d. l.  
 Quoties enim lex prohibet alienationem sine decreto, ne  
 prætextu quidem litis aut transactionis transferri domi-  
 nium potest. l. 8. §. 20. d. Transact.***

VI. Caterum competit minori restitutio adversus  
 solutionem, sive ipsi fuerit quid solutum ab altero, sive ipse  
 alteri quicquam solverit. Et quidem si ipsi quid fuerit so-  
 lutum, quia fieri potest, ut hæc quoque solutio noceat mi-  
 nori, ut puta si pecuniam solutam amiserit furto, aut inuti-  
 liter consumserit *l. 1. §. ait Prætor. ff. de Minor. Magnif. Dn.  
 Præses d. l. Cod. tit. 33. ad leg. 1. Limitatur tamen in solu-  
 tione ex præcepto vel sententia judicis facta l. 25. C. d. admi-  
 nistr. tutor. l. 7. §. 2. ff. d. Minor. ibique Gothofr. lit. 5. Quod  
 enim iudice auctore fit, justè fieri existimatur. l. 21. ff. d.  
 acqui*



*acqui. l. amitt. poss. (vid. l. 137. l. 167 d. R. 7.) Schot. d. l. qu. 678.*  
 Licet non ignoremus, iudicis auctoritatem aliàs tantum non valere, ut id, quod cum minore gestum esse dicitur, restitutionis remedio possit tolli & annullari, uti quoque supra dictum. Diversum tamen esse reor, in solutione ex suffragio & decreto Magistratus instituta, si quidem solutio necessitatis est, alienatio verò voluntatis. Nec infrequens esse in Jure scimus, quod absque omni iudicis auctoritate, nonnunquam possit fieri solutio minori, interveniente tantummodo & assistente tutore vel curatore. Sic plenissima est securitas, & nemo in posterum inquietatur, in his solutionibus, quæ vel ex redditibus, vel ex pensionibus, vel aliis hujusmodi causis accedunt, nisi summam, ut sunt verba legis, & ex multis annis collectæ jam debentur, biennalesque metas & centum solidorum quantitatem excedunt. *l. 27. § 25. C. d. administr. tutor.*

VII. Quod verò attinet alterum casum, si minor quid solverit alii, distingvendum, utrum fuerit instructus Curatore minor, an non. Si habuerit Curatorem, an ipso præsentem, an absente solverit. Quod si solverit ipso absente, regulariter nulla est solutio, nec potuit transferre minor dominium, sed rei vindicatione, res iterum aufertur. *l. 9. l. 5. ff. d. auct. tut. pr. Inst. eod. § 5. ult. Inst. quib. alienar. licet.* Nisi id, quod fuit solutum, sit consumptum & perditum à creditore, aut solverit, quod aliàs de jure obstrictus reddere, quo in casu, quia nullum videtur passus incommodum, nullamque circumventionem, non restituitur. *Odd. p. 2. qu. 52. a. 5. no. 29. § c.* Si vero ipso præsentem hoc factum, constat ex læsione illum gaudere beneficio restitutionis. Et si omninò huic non fuerit tutor, sibi habeat ille, qui cum minore contraxit, aut negotium

D

tium



tium curavit, quod postmodum restitutione rescinditur. Etenim qui cum aliquo contrahit non ignarus debet esse conditionis ejus, cum quo contrahit juxta *l. 19. ff. d. R. 7.* Et in iis, quæ scire possumus & ignorare non debemus factum nocet. *l. penult. ff. d. Scto Maced. l. 48. ff. d. Fidejuss.* vel solverit minor debitum quadantenus indebitum, quippe quod multis modis potest evenire. Aut enim debitum fuerit debitum naturaliter, indebitum civiliter, puta si heres restitueret legata à testatore relicta non detractâ ac deductâ quartâ Falcidiâ, vel etiam legatum exsolvisset ex testamento minus perfecto, potest restitui, licet etiam erraverit in jure. Si quidem juris error ipsi in damnis amittendæ rei non nocet. *l. 2. C. si adv. solut. l. penult. ff. d. jur. & fact. ignor.* Aut solverit debitum civiliter, naturaliter indebitum; Aut utroq; modo indebitum & quia ordinarium habet remediū, nempe condictioem indebiti, quo etiam uti possunt majores, non necessariū est hoc extraordinarium. *l. 26. §. 3. ff. d. condict. indeb.* Dantur tamen casus in jure, in quibus per hanc condictioem indebiti non potest res suas iterum acquirere minor, sed necesse habet ad impetranda bona alienata uti remedio restitutionis, v. g. si ea intentione scienter fuerit solutum, ut postea per condictioem indebiti iterum possemus auferre, aut ad pias causas, aliaque tanquam pia legata aliquid erogatum, in quibus casibus non potest ob errorem facti quis instituere condictioem, expressè prohibente *lege 50. l. 32. §. 2. ff. de condict. indeb. Odd. p. 2. qu. 52. a. 8.*

VIII. Restitutionem dari in simul in præscriptione & usucapione, (quæ, quanquam olim fuerint diversa, de quorum differentiis vid. Wesenb. *in parat. de Usurp. & Usucap. num. 3. & 8.* Dn. Rath. *Tr. de Usucap. c. 1. Aff. 2.* hodiè tamen ple-



plerumque confunduntur, uti videre est ex *l. unic. C. de Usuc. transformand.*) tam notum est, quam quod notissimum. Ast notandum in hoc restitutionis genere imprimis circa minores, quod adversus illos olim processerit usucapio, ita tamen ut postmodum hanc completam saluum esset ipsis minoribus nobile beneficium restitutionis in integrum *l. unic. C. si adv. Usucap.* Præscriptio contra longi temporis ipso jure eis non currebat, dum adhuc in minori ætate essent. *l. 3. C. quib. non objicit. long. temp. præscript.* Verum quoniam, differentia sublata inter usucapionem & præscriptionem, uti ab initio hujus §. dictum, itaque nec usucapio nec præscriptio temporalis amplius erunt nocumento. Gvid. Papa *qu. 31. n. 3.* Zanger. *de Exceptionibus part. 3. Cap. 10. num. 162.* Magnif. Dn. Præses *d. l. tit. 41. ad l. ult.* Annalem præscriptionem, non obesse pupillis & minoribus, confirmat Reinking. *de Jur. Retract. qu. 7. num. 149.* Dn. Richt. *part. 2. Decis. 76. num. 165. 166. 167.* Quin imo contra ætatem istam, nec incipere posse præscriptionem, nec ante contra defunctum forte inceptam continuari, sed durante eam omnem præscriptionem dormire atque cessare, satis abunde comprobatur Wesenb. *in parat. L. 41. t. 3. n. 14. in med.*

IX. His ita præmissis, restat nunc etiam dicere, quid obtineat circa lucrum omissum & onus assumptum. Restitutionem minoribus dari non ex solo damno, sed etiam ex lucro omisso, docent satis *l. 7. §. 6. ff. d. minor. l. 44. eod.* Hinc minor, si hereditatem lucrosam repudiaverit, restitutionis beneficio gaudet, modò res adhuc fuerit integra, nec distracta & alienata. *l. 24. §. 2. eod. t. t. C. si minor ab hered. se abstin. §. t. t. C. si ut omiff. hered.* Add. Bachov. *ad d. t. t. c. 4. num. ult. §. c. 5.* Dn. Struv. *d. l. tb. 46.* Nec obstat hic *l. 6. in fin. C. de repud. hered.* ubi agitur de herede suo, qui certat



de damno vitando; In nostra verò lege agitur de herede extraneo, qui certat de lucro captando. Quod attinet onus assumptum, constat hoc ex *d.l. 44.* Id quod contingere solet, si hereditatem damnosam adierit, *d.LL. si temerè receperit arbitrium. l. 41. ff. d. recept. arbitr.* Si fideicommissum onerosum assumerit. *l. 33. ff. d. Minor.* ob fragile & captionibus hominum maximè subjectum minoris consilium, quippe cui subveniendum omni modo. §. 5. *J. de hered. qual. & diff.* Alia brevitati studentes hic meritò præterimus. Transgredimur verò nunc statim ad

## CAPUT V. QUANDO CESSET HOC REMEDIIUM.

### I.

**C**onstat ex antea dictis restitutionem tunc demum concedi, si quando minores non muniti remedio aliquo ordinario, quippe in cuius defectum hoc restitutionis extraordinarium est introductum. Dn. Struv. *d. l. tb. 50.* Dn. Strauch. *dict. Diss. 27. tb. 14. in fin.* Carpz. *p. 2. C. 11. D. 34. n. 7.* Eckolt. *ad ff. L. 4. t. 1. n. 2. in med.* Verum constans Dd. sententia est, etiam in isto casu, ubi adest ordinarium, interdum locum relinqui extraordinario, scilicet si hoc sit pinguius ac utilius illo, quo facit *l. 3. & 5. C. si Tutor vel Curator. interven. l. 23. ff. de Minor.* Odd. *p. 1. qu. 17. a. 2.* Covarr. *Var. Resol. L. 1. c. 3. n. 11.* Schot. *Disp. 20. tb. 1. & 2.* Carpzov. *d. l. n. 8.* Bachov. *ad Treutl. Volum. 1. D. 11. tb. 1. lit. a.* Franzk. *ad tit. 1. ff. Lib. 4. n. 8. & 9.* Amad. Eckolt. *ad ff. d. t. & lib. Et t. 4. dict. lib. n. 5. in fin.* Dein ob læsionem modicam cessare quoque restitutionis remedium non pauci sunt, qui id ipsum

asse.



asserere conantur, per *l. 4. ff. de in integr. rest.* Sed verior videtur nobis sententia contra statuentium, quod in modica læsione etiam detur restitutio, quia dicta lex, uti cuilibet inspicienti patebit, non simpliciter in modicis restitutionem negat, sed in satis minimis, nec etiam in his, nisi quando ex restitutione actus magnæ quantitatis rescindatur. Ita enim verba legis habent: *Nec propter satis minimam rem vel summam, si majori rei vel summa præjudicetur, audiatur is, qui in integrum restitui postulat.* Ex quibus ita evidenter ostendit Jctus in modicis per se consideratis restitutionem dari, cum eam tantum neget, quando majori rei præjudicetur. Quam sententiam defendunt & pluribus approbant Eckolt. *d. l. n. 6.* Ar. Pinell. *ad L. 2. C. de rescind. vend. part. 1. p. m. 156. § 157. n. 26.* Gloss. *in d. l. § ibid.* Bartol. Angel. Alberic. Johann. Andr. & clarè Panormitan. *in c. 1. n. 8. de in integr. restit. pluresque, quos vide apud Ar. Pinell. c. l.*

II. Tertiò restitutio si semel fuerit denegata, iterum ex una eademque causa petenti non conceditur. *l. 1. § seqq. C. si sep. restit. in integr. post. fuerit.* Dn. Struv. *d. l. th. 58.* Non tamen via præclusa est minori appellandi à sententia, quâ ipsi denegarunt injustè restitutionem, & hanc appellationem si omiserit forte, adhuc contra omissionem potest restitui. *l. 1. C. d. t. ibique* August. Barbaros. *in Collectan.* Dn. Struv. *d. l. § th.* Etenim cui justè negata restitutio à Judice, non videtur læsus, & consequenter non habet necesse restitui in integrum. Odd. *p. 1. qu. 16. a. 1. n. 5.* Myns. *1. obs. 52.* Quartò se indignum reddit hoc beneficio minor, si dolosè majorem se dixerit vel simulaverit *l. 2. § 3. C. si minor se maj. dixer.* Dn. Richt. *Decis. 96. part. 2. num. 30.* Nam deceptis non decipientibus subveniunt jura, per regulam vulgarem. Id quod tamen simpliciter asserendum haud est, siquidem



si ab adversario inductus dolo, ut se jactaret & affirmaret majorem, non denegatur ipsi restitutio. Gail. 2. *obs.* 65. ne fraus illa & dolus adhibitus adferat adversario commo- dum. Nec minus denegatur, si uterque præter dolum, se existima vit majorem, nisi accesserit juramentū *d. l. 3.* vel dixerit se majorem minor utriusque dolo, quo in loco ob dolum adversarii restitutio ipsi conceditur Myns. 4. *obs.* 20. n. 2. Gail. *d. l. 2. obs.* 65. n. 1. 2. 3. & seq. Gothofr. *in not. ad l. 1. C. si minor. & c.* Quintò non attenditur hoc remedium, si quando major factus uno vel altero facto contractum approba- verit. *t. t. C. si maj. fact. rat. habuer.* vid. Carpz. p. 2. C. 11. Def. 31. Dn. Brunneman. *ad l. 2. C. d. l. Noric. in addit. ad Instit. p. m. 231.* Nisi itidem dolo inductus hoc effecerit *l. 3. §. 1. d. Minor.* Dn. Struv. *d. l. t. b. 52. Et Jurispr. For. L. 3. t. 22. a. 13. n. 2.* Schot. *d. l. qu. 706.*

III. Sextò non datur restitutio ei, qui veniam ætatis impetraverit, ne quis Principis, qui solus veniam ætatis concedit, auctoritate lædatur. *l. 1. & 2. C. de his, qui ven. at at. impetrar.* Dn. Struv. *Jurispr. For. d. l. n. 3. & d. Ex. t. b. 53.* Imò, quia per talem ætatis impetrationem minor est effectus major, majori autem non datur restitutio in integrum. Magnif. Dn. Præses *d. l. t. 45. ad l. 1.* Solet autem venia dari masculis, si quando sunt 20. & fœminis 18. annorum *l. 2. C. d. t. modò illam ætatem rectè probent ut & morum honestatem ac frugalitatem l. 2. pr. & §. 1. d. t. atq; petant in- simul ab eo, qui habet Majestatem aut Regalia, uti est præ- primis Imperator, & deinde Principes ac reliqui status Im- perii vid. Limn. de J. P. L. 2. c. 9. n. 149. Nicol. Meyler. de Princip. & stat. c. 57. n. 1. Dn. Struv. *Synt. J. F. c. 6. a. 14. num. 2.* Noric. *in addit. ad Inst. p. m. 123.* Quæ tamen omnia intel- ligenda de libera administratione bonorum, non verò alie-*



alienatione immobilium *d.l.2. §.1. in fin.* His enim alienatis utique conceditur restitutio per *l.3. C. d. t. Schot. d. Exam. Jur. p.1. qu. 704. Dn. Struv. d.l. tb.53.* Nec videtur obstare nostræ sententiæ, quod quilibet favori pro se introducto renunciare possit. *l. pen. C. de Pact. E. & minor illi beneficio, quod per impetrationem veniæ est consecutus.* Etenim hoc verum quidem, si ex renunciatione illa non oriatur præjudicium tertio, quod tamen fieret in hoc nostro casu, si renunciaret favori pro se introducto minor. Magnif. Dn. Præses *d.l.*

IV. Ulterius denegatur beneficium restitutionis in integrum (1) in datione libertatis. *t. t. C. si adv. libert. (2) matrimonio, quod natura sua indissolubile c. ex parte 14 X. de Convers. Conjug. Mauriti. de Restit. c. 245. Covarruv. Var. Resol. l.1. c.5. n.1. Odd. de Restit. p.1. qu. 60. art. 1. (3) in criminibus & delictis, ubi Reipubl. interest, delicta non manere impunita, nulla valet deprecatio aut restitutio. l.37. l.9. ibique Gothofr. lit. r. ff. de Min. junct. l.11. ff. de pæn. l.1. C. si adv. delict. Schot. Disp. 20. tb.23.* Indigni enim sunt legis beneficio, qui in legem committunt. Hoc quidem verum est, in aliis ferme omnibus judiciis excusationem mereri ætatem & imprudentiam *l.108. ff. d. R. 7.* Ast hoc in criminibus tandem eò attenditur, ut mitior infligatur poena, si judex videat ætatis commiserationem esse necessariam. Schot. *Exam. Jur. d. l. qu. 681. 682. 683. Tiraquell. de pæn. temp. vers. 7. Odd. p.2. qu. 80. a.9. n.71. (4) in gesto defuncti majoris, cui minor successit. l. fin. C. si adv. vend. pign. l.38. ff. de Minor. Dn. Struv. d. l. tb. 59. (5) Cessat etiam restitutio contra gesta cum Parentibus l. fin. C. qui & adv. quos Sfort. Odd. qu. 18. a.2. n.11. Dn. Struv. d. l. tb. 56. & 57.* Sugillari enim videtur per restitutionem fama Parentum, qui semper optimè consulere velle liberis præsumun-



sumuntur. Nec aliàs omni destituuntur remedio, datur enim adversus Parentes actio in factum secundum rationem *l. ii. §. 1. ff. de dol. mal.* & quidem temperata, ut scilicet b. fidei mentio fiat. Magnif. Dn. Præses *d. l. t. 42. ad leg. 2.* Adversus matrem secundò nubentem dari beneficium restitutionis filia comprobat *Nov. 155. c. 1. Gehe d. l. §. 3. in med. Schot. d. l. qu. 696.* Restitutio verò contra restitutionem locum non habet. *Carpz. Lib. 2. Resp. 97.*

V. Sufficiant hæc, quæ dicta sunt. Potuissent quidem adhuc multa de Judicio & Processu, imo etiam de Effectibus restitutionis & aliis annexis in medium proferri. Verùm cum nostri instituti & propositi statim ab initio non fuerit, absolutum numeris omnibus & integrum tractatum compilare & conscribere, cui quoque oneri ferendo me imparem probè sciverim, sed primitias saltem quasdam Juris publicæ ac placidæ Eruditorum censuræ subjicere atq; exponere. Ideoque hic terminalia sunt, & si minus apta in istis reperiantur, nullus despero, quin B. L. veniam promptam mihi concedat. Siquidem, uti statim ab initio hujus Dissertationis dictum, aberrare in nullo s. irreprehensibilem esse in omnibus divinitatis potius, quam humanæ fragilitatis ac constantia est. Tibi interim, bone DEUS, pro tot, tantisque in hunc diem usque exhibitis beneficiis ex intimis animi suspiriis gratias ago & acturus sum, quas mens concipere, & lingua indiserta effari poterit, devotissimas, ardentissimasque. Imprimis refero Tibi immortali DEO grates perpetuas, laudesq; solvo nunquam desituras, quod in studiorum meorum actis & factis tam elementer adesse, & hunc etiam laborem ad felicissimum finem atque exitum perducere volueris, Tibi sit  
LAUS, HONOR ET GLORIA.

COROL-



## COROLLARIA.

I. Quæ virum eluget intra id tempus sponsam fuisse non nocet.

II. Sponsam propter virginitatem amissam Sponsus potest repudiare, sed non contra.

III. Homini reformatæ religionis licet ducere uxorem Pontificiam.

IV. De causis matrimonialibus etiam potest judicare Magistratus Politicus s. secularis.

V. Benedictio Sacerdotalis non pertinet ad essentialia aut substantialia matrimonii.

VI. Omnia debita ex causa studiorum contracta vivo Patre, post mortem ejus ex communi hereditate sunt solvenda.

VII. Multa in Jure Civili contrarationem disputandi constituisse Imperatorem, noto notius est.

VIII. Clericis interdictas esse venationes & sylvaticas vagationes cum canibus & accipitres aut falcones habere, satis abunde docet. *c. 1. 2. & 3. distinct. 34. Vngep. Ex. 5. th. 5. in Nego.* Conceduntur tamen piscationes. Nullus enim in scriptura invenitur sanctus venator, multi autem piscatores.

IX. Nec quærere debet delicias seculi Clericus, cum dictum sit à Christo, vade, vende o-

E                      mnia



mnia, quæ habes, da pauperibus, tolle crucem tuam quotidie. Petr. Greg. *Tholosan. in Synt. Jur. univers. lib. 39. c. 10. n. 14.*

X. In sponsam de futuro committitur adulterium.

XI. In sponsam de futuro non committitur adulterium.

XII. Donatio ultra quinquaginta solidos sine insinuatione non valet.

XIII. Donatio ultra quinquaginta solidos sine insinuatione valet.

XIV. Filius fideicommissio oneratus potest detrahere duplicem quartam, legitimam & Trebellianicam.

XV. Filius fideicommissio gravatus non potest detrahere duplicem quartam, legitimam & Trebellianicam.

XVI. Clericus ob urgentia indicia potest torturæ subjici. *Carpz. p. 3. qu. 118. num. 99.*

XVII. Urgente extrema necessitate licet furari citra peccatum. *Vid. Coroll. penes Sutholt. p. 393.*

**F I N I S.**



**I**ntrepidus persiste loco, pugnamque capeffe,  
Eximiumque Tuæ perface mentisopus:  
Optatos capies fructus aliquando laborum!

MAGNUS Apollo dabit MAGNA brabea; cape!

*Gratulat. ergò hæc Eximio atq; Literatissimo Dn. Re-*  
*spondenti, Disputationis Autori Lmq; adponit*

P. R. Æ. S. E. S.

*Quid restituta in integrum  
Res sit, probat sat pagina:  
En omen inde quâ fide  
Sis restitutus Bonum.*

*Addat DEUS pondus suum  
Voto meo, idque exaudiat,  
Tibique, Patriæ decus,  
KLINGERE donet præmia.*

*quod gratulab. adjec.*

ADRIANUS BEIERUS D. & Cur. Prov.  
Sax. Advoc. Ord.

**S**uavis Amice tuas conarer promere laudes:  
Egregias, caneret TE mea Musa libens;  
Sed quid opus? laudat TE dissertatio docta,  
ingenii optatum conferet hæc decus.

*In Nob. & CL. Domini Klingeri, Fautoris & Amici  
æstimatissimi honorem ex tempore scrib.*

Valentinus **Velthem** / Mor. P. P. & h. t.  
Facult. Phil. Decanus.

*Nobilissimo atq; Literatissimo,*

**DN. JOHANNI KLINGERO**, Varisco,  
Jurium Cultori felicissimo,  
Convictori & Inquilino meo honoratissimo,

*publicè*

*De*

**RESTITUTIONE IN INTEGRUM**  
disputaturo,

**FELICITER!**

**R**estituenda suo quæ juri, edisseris. Euge!  
Te Themis in decoris culmine constituet.

*adci. neb.*

Casp. Posner Prof. Publ.  
Epi-



Epigramma.

**S**o fort mein Tullius, du schneidest einen Fleck/  
 Den Polyphemus uns nicht solte tragen weg/  
 Drey Sage giessen Dir das Meer der Rechte ein/  
 In dreyen Sagen wilt du Ulpianus seyn.  
 Ja hastu Jupiter doch wollen gänzlich heissen/ [a]  
 Was Wunder das du wilt dich Ulpianum preissen? [b]  
 Nicht bistu Jupiter der ist kein sterblich Mann/  
 Nicht dieser/ welches dich Herr Klinger lehren kann.  
 Wann sein gelehrtes Thun Dir unter Augen kam/  
 Dir und dem Ulpian, Euch beyd' es Wunder nehmt.

[a]Cic. Or. pro Mur. p. 472. ed. Aldina. [b]Ibid. Or. pro domo p. 496.

Stat wolmeinender Glückwünschung beehrten Ihren wehr-  
 ten Hn. Tischgenossen Ihr. Excell. Herrn. Pr. Pofners

**Sämtliche Tischgesellschaft.**

**D**ulcia nunc Vernigignunt sua femina flores,  
 Parturit & fruges post sata terra novas;  
 Nunc, KLINGERE, etiam floret tua vivida virtus,  
 Dum quæ sint justè restituenda doces.  
 Præmia, si perges studio, TE digna manebunt,  
 Cum tua quæsitæ messis honoris erit.

*Brevibus hisce Nobilissimo atq; Doctissimo Dn.*

*KLINGERO contubernali ac amico suo hono-  
 ratissimo, eruditissimam de RESTITUTIONE  
 IN INTEGRUM, disputationem luci publicæ  
 committenti, de egregio eruditionis specimine  
 gratulari soluit, debuit*

**Justus Nicolaus Othonis, Hildesienfis.**

**R**estituis multos, simul & cum re minores,  
 Vel vendunt vel emunt, artis id esse, doces.  
 Servarent utinam memori sub pectore cuncti,  
 Perderet haud aliquis quod fuit ante suum.

*Hæc paucula in fraterni amoris signum gratulabundus  
 trans mittebat Barutho*

**Christianus Klingerus.**



AB: 152953

ULB Halle 3  
003 011 747




58

Vd 17











2. D. B. F.  
DISPUTATIO JURIDICA  
De  
**EXTRAORDINA-  
RIO REMEDIO RESTITU-  
TIONIS IN INTEGRUM,**

Quam  
DEO Duce & auspice CHRISTO,  
Ex decreto & Auctoritate  
*Magnificæ atq; Prænobilissimæ Facultatis  
Juridicæ in florentissima, famigeratissimaq; Aca-  
demia FENENSI,*

P R E S I D E N T E

**DN. ERNESTO FRIDERICO  
Schrötern / Hæreditario in Wicferstädt /  
Jcto & Antecessore celeberrimo, Consilia-  
rio Saxonico gravissimo, Dicastarii Provincialis  
& Scabinatus Assessore meritissimo,  
DN. Patrono ac Promotore suo ad aram usq; devenerando,  
Publicæ ERUDITORUM Discussioni subjicit  
AUCTOR,**

**JOHANNES Klingler / Olsnitiô-Variscus.**

IN JCTORUM AUDITORIO.  
ad d. Maji ANNO M. DC. LXXV.

FENÆ,  
Cassiterô NISIANÔ. 38.